

§. 5. In authenticis divini verbi Tabulis Columba appellatur יִנְנָר a verbo יָנַר quod est opprimere, populari, deprædari, vel quod sata populetur, vel quod prædæ infensissimorum accipitrum sit obnoxia. Chaldaice dicitur יִנְנָר Syriace יִנְנָר Arabice يَنْنَار LXX. vertunt περισερα; vel a valido ac laborioso volatu, πέτεσθαι σεράων, quasi περίσερα; quæ etiam causa, cur Israelitæ assimilentur columbis. (V. Berach. 49. Jalkut. Psal. 55. 7. quare יִנְנָר בֵּי נָר dicat Psaltes?) omnes scilicet aves, cum defatigatæ sunt, in petra vel arbore aliqua subterfugium præbente residere solent, ac ita capiuntur; columba vero indefesso ferme victa volatu, unam alam claudit, altera vero volitat, ficque capi nulla arte potest; vel ab amoris effectu, περισεραὶ quasi περίσερα, cum sit avis θερμολάτη κατὰ σηνυσίαν & frequentius in anno foetus excludat, quam altæ aves. Amor sobolis utrique est æqualis. Intrat sæpiuscule femina ad pullos, cui parturienti solatia & ministeria offeruntur sedulo a mare: Hinc Silius l. 4.

Dilectas Veneri, *notasque ab amore* Diones.

§. 6. R. Azarias in מאר עיניו 89. 2. scribit ex Diodoro Siculo de Semiramide, quod aves cœlorum, cum circa Syriæ stagnum infans exposita esset, cibum ei attulerint, (Conf. Theatr. Zwingeri p. 1431. § 1441.), præsertim vero pulli columbarum, & hac de causa symbolum ejus fuisse COLUMBAM, quod Assyriorum Babyloniorumque perpetuo deinceps manserit insigne. Quæ fons istius nonnullorum erroris causa, quod cum Semiramidi tribueretur COLUMBA, veræ aut inscii aut negligentes rationis, Semiramidis nomen Syris sive Babyloniiis columbam montanam denotare voluerint; Ita enim Hesychius:

Σεμί-